Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ab inferis. et saluator omnium gentium predicatur. Quid loquar de physica
ethica. et theologica. quicquid sacrum e scripturarum quicquid potest humana lin
gua proferre. et mortalium sensus accipere. isto uolumine continet [illegible] au
mysterius testatur ipse qui scripsit. Et erit uobis uisio omnium sicut uerba li
bri signati. Quae cum dederint scienti litteras dicent lege istum. et respon
debunt non possum. signatum est enim. Et dabitur liber nescienti litteras dicetque
ei. lege. et respondebit nescio litteras. Siue igitur hunc librum dederis nesci
enti litteras populo nationum respondebit non possum legere. quia non didici lit
teras scripturarum. siue dederis scribis et pharisaeis. qui legis litteris se
nosse iactant respondebunt. Non possumus legere. quia signatum est liber.
Quin ideireo eis signatum est. quia non receperunt eum quem signauit pater. qui
habet clauem dauid. qui aperit et nemo claudit. qui claudit et nemo aperit.
Neque ut montanus cum insanis feminis sonat. prophete in extasi solebant
ut nescirent quid loquerentur. et cum alios erudirent. ipsi ignorarent quid
dicerent. De quibus apostolus ait. nescientes quae loquuntur. et de quibus affirmentis. iuxta
salomonem qui loquitur in puerbis. sapiens intellegit quae profert de ore
suo. et in labiis suis portant scientiam. et ipsi scientiam quid dicerent.
Si enim sapientes erant. prophete quid negare non possunt. et moyses omni erudit
sapientia. loquebatur ad dominum. et dominus respondebat ei. Et de daniele ad prin
cipem tyri dicitur. Huiusquid sapientior est daniele. Et dauid sapiens erat
quia gloriabatur in psalmo. Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti
mihi. Quorum sapientes prophete instar brutae animantium quid dicerent ig
norabant. Legimus et in alio apostolo loco. Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt.
ut in sua habeant potestate quando taceant. quando loquantur. Quid si cui
uidetur infirmum illud eidem apostolo audiat. Prophetae duo aut tres loquantur